



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Zepherio, Calisto, & c. Romanis pontificibus. Cap. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. VI.

Non sufficere non potens. Interea Serapion quoque Antiochiae episcopus, vir magnae eruditionis, cuius multa habentur opuscula, defungitur. Cui succedit Asclepiades, & ipse unus ex praeclaro numero confessorum.

ANTONINVS regnat septem annis
& sex mensibus. Cap. V.

Edet Antoninus imperator diem obiit, cui succedit Macrinus. Quo in breui consummato, id est, post annum, successit imperator Antoninus. Cuius primo imperij anno Zephyrinus Romanus pontifex diem obiit, Calisto succedente, Zephyrinus Papa sedet annis octo, quo etiam finem faciente, presidet Urbanus, qui & ipse post octo annos, sedem reliquit Pontiano. Sed & Antonino quatuorannis functo imperio, succedit Alexander.

HAYMO. Cap. VI.

Per idem tempus floruit in ecclesia disertissimi viri, quorum epistolas quas ad se inuicem dabant, tam facundas quam fœcundas, Alexander venerabilis Hierosolymorum episcopus in bibliotheca Hierosolymorum, quam & ipse multo labore & sumptibus ad posteriorum utilitatem construxerat, facit diligenter reponi. HAYMO: Agimus gratias tantæ patrum diligentiae, quorum circa sacras scripturas tam feruentissima occupatio, & tam iugis solicitude fuit, ut non solum scriberent libros, vel explanarent, sed etiam scripta quorumlibet virorum illustrium diuinis inspirata, multis laboribus, multis quoque expensis in opus notariorum sibi coaceruarent, ad profectum universalis ecclesiae. Haec ergo mercimonia pretiosa, hic